



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Explicatur illud Nullo addito injusto pacto, Caput V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

que, si nihil est cōventū, & nulla est ejusmodi consuetudo, debere solvi in eo loco, quem ipsa natura contractus locationis requirit, hēc autem requirit, ut in eo loco solvas, ubi conduxisti.

C A P U T V.

Explicans illud descriptionis.

Nullo addito injusto p̄cto.

1. **I**D vel indoctus quisque non ignorat. Verum, aliqua p̄cta, quā dubia apparent, cognoscere, justa ne sint, an iusta, hēc enim vero per difficile, etiam doctissimis est. Quod tamen facile, ipso, reddetur, si hic nonnulla ejusmodi p̄cta breviter examinemus.

Primum p̄ctum, quo res conducta premititur vendi.

2. Ego loco Cæsari hanc domum pro iusta pensione centum aureorum singulis annis, quod si mihi quandounque trader mille aureos, quanti icilicet justè valet domus, cessabit pensio, & Cæsar erit domus. Estne justa conventio?

Azor. 3. Respondeo, esse justam, & quia, donec sol. p. l. 8 c. 11. vitur totum premium domus, est contractus q. 6. **Filiucc. tr.** Locationis, & domus est in tuo dominio. Verum, pretio soluto, jam domus venditur, sitque alterius, idest Cæsaris: id, quod ita se habet, sive æstimes ipso initio domum, sive non æstimes; modo, quando initio æstimas, æstatio non faciat Venditionem.

3. Explico hoc ultimum. Si æstimes domum, ut sciatur, quantum debeat Conductor, si ejus culpa domus pereat, vel deterior fiat: pari modo, si æstimas, ut videatur, quantum premium debebit tradere Cæsar, quando domum emet, tunc æstatio non facit venditionem. At, si æstimes, ut domus transeat in dominium alterius, quamvis premium solendum differatur ad annos, æstatio facit venditionem. Ex hac ergo explicatione, responsio allata manifesta est, nam tametsi Cæsar ad suum libitum possit, vel domum reddere, & illam non emere, vel totum premium solvere, & fibi, ut venditam applicare domum, iusta re non agitur, dum pensionem in totum

exigis, quia, non soluto pretio, (quamvis facta æstimatione, quā tamen non faciat venditionem) domus est tua, & pensio tibi solvit pro tua re; eo tamen soluto, vel facta æstimatione, quā venditionem faciat, jam tua non est amplius, sed est ementis, unde cellet tunc pensio, necesse est.

4. Quid si concedo Cæsari, ut domum meam ab ipso conductam possit, si vel alii vendere?

Respondeo, nec est iustitia, si id recte fiat (quicquid dicat Azor, & Fillinuccius citati) nam donec Cæsar domum alteri vendat, domus est tua, in tuoque dominio perficit, unde tibi pensio merito, & justè solvit, sed non post Venditionem, ut dictum est.

Secundum p̄ctum, quo omnia pericula conjiciantur in Conducōrem.

5. Loco tibi hoc prædium, hunc gremium, hunc equum, modo omne periculum sive fortuitum, sive insolitum, quandoque illud sit, tu subeas. Estne iusta conventio?

Respondeo, esse justam, & si adsint duæ conditio[n]es. Prima, ut hēc non sit venditio, hoc est illæ res remaneant in dominio locantis, unde si res accidat non perire, debeant omnino eadē redditi locanti, non vero premium ipsarum. Secunda, ut dematur de pensione solvenda, quantum compenſetur tantum onus. Ratio est, quia, si adest prima conditio, cum res non sint venditæ, pensionem ex rebus suis habere iuste Dominus potest. Et rursus, si adest conditio secunda, nulla cit iustitia, siquidem ex diminutione pensionis jam inducitur æqualitas.

Tertium p̄ctum, quo Grex, vel quid simile redditur in fine Conductionis in eodem numero, & bonitate.

6. Loco tibi his ovium greges, hos boves, hos equos, quorum usum, fructumque percipias eo pacto, ut semper debeat conservare eundem numerum, integrumque milii reddere finito tempore designato. Interim vero pensionem rei locatæ solvas, estne iusta conventio?

Respondeo, esse justam, modo serventur dux

duæ prædictæ conditions, idque propter easdem rationes.

7. Objicies. In ove, quæ fortè interim morietur, primo v. gr. anno, non potest continuari locatio ad secundum, aliosque consequentes annos, cum ea nihil sit. Quod si respondetur, ovi demortuæ aliam subrogari, ad servandum numerum, non satisfit objec-tionis, hæc enim subrogata non erit Locatoris, quo modo igitur accipiet ex ea premium justæ locationis?

8. Respondeo, negando hanc subrogatam non esse Locatoris; statim enim atque moritur ovis, perit quidem quoad illam locatio, quæ non potest continuari in mortua. Verum, statim, ac subrogatur alia, cum subrogetur nomine Domini Locantis, ejus illa erit, & quoad illam incipiet nova Phylælocatio, Locator autem semper remanet Dominus ejusdem, & quidem totius gregis, quia ascitis novis subinde animantibus, moraliter remanet idem grec, sicuti remanet idem fluvius, quamvis aqua continuo varietur.

9. Quid si locentur v. gr. quatuor boves cum pacto, ut non solum reddendi sint ejusdem numeri, verum etiam ejusdem juventutis?

Respondeo. Videtur primo aspectu injustum pactum, & sic censet Azot. a sed certè, cum hoc pactum non sit, nisi præter naturam contractus locationis, & locationem non defluens, quia non sit, ut supponimus, venditio (cum dominium boum remaneat apud Locatorem) unde nec fiat contractus mutui, aut alterius generis, ex hac parte non erit conven-tio injusta. Si ergo ex alia parte pro tanto onere (ut etiam supponimus) omnino aliquid, judicio experti, de pensione subducatur, re-vita prædictum pactum injustitiam nequaquam continebit.

*Quartum pactum, quo fiat contractus
(à godere.)*

10. Ego tradò tibi mille aureos, tu locas mihi domum ea lege, ut tunc reddatur à no-bis acceptum, quando alteruter velit: inter-im, nec tu dabis mihi illum lucrum ex illis aureis, nec ego tibi pensionem solvam ex illa domo est ne justa conventio, quæ vocatur in Italia contractus à godere.

Respondeo. Si ego tibi tradam rem fructi-feram, domum v. gr. locabilem, tu vero mihi prædium æqualem fructum, fore justum pactum, non est mihi dubium: At si tu des pecuniam, quæ non est ex se fructifera, est illi-citum pactum, nisi ex damno tibi emergente justificetur, ut alibi à me dictum est satis. b L. 3. in Dec. tr. 3.

*Quintum pactum, quo locentur cum prædio ne-
cessaria ad illud cotendum.* c. 7. §. 6. nn. 16.

11. In nostris Regionibus solet locari præ-dium cum omnibus bobus illi necessariis, item cum toro apparatu necessario ad messem, vel vindemiam, aratis, ferramentis, doliliis, torculari, &c. quæ prius æstimata, sed non vendita, debeant, locatione finita, reddi Locatori, ejusdem æstimationis, estne con-venio justa?

Respondeo. Est lane, dummodo seruen-tur duæ illæ conditions, quas diximus nu-mer. 3. unde & Justitiae probationem petere facile potes.

*Sextum pactum, quo tum Conductor, tum
Locator participet de periculo rei
conductæ.*

12. Loco tibi bovem æstimatum v. gr. vi-ginti aureos pro tribus aureis in anno, justa pensione, omnibus ab experto viro compen-satis. Loco autem hoc pacto, ut si post annū minuatur æstimatione bovis, vel is pereat sive casu, sive culpa tua, tu Conductor dimidium jactura amitas, & dimidium ego Locator. Estne justa hæc conventio, que in aliquibus Italæ locis usurpari solet?

13. Respondeo. Injustam esse, ait Comito-lus. sed ejus pace, nec injusta est, nec, ut, ali-qui perperam dicunt, usuraria. Non usuraria, quia hic nullum intercedit mutuum, cum bos non vendatur, & pretium mutuerit, sed bovis dominium remaneat apud te Locatorem, & solum ego Conductor per alium contractum a securatio-nis suscipio, ex pat-te, periculum, si forte bos moriatur, vel pe-reat. Non injusta quia supponere debemus iuxta experti (ut toties diximus) judicium, pro onere, quod Conductor suscipit, debere diminui pensionem. Sanè Delugo e ait, in ali- c. Delugo quibus locis Italæ in hoc casu pensionem æ- d. 29. de quæ oneribus esse, si pro bove æstimationis Iust. n. 78, viginti

viginti aureorum detur pensio aureorum
trum, idque aliquos probare ex ipsorum Ru-
sticorum confessione, qui judicant sic bene
compensari ejusmodi onus.

C A P U T . VI.

Explicans illud descriptionis.

Pro duratione temporis designati.

Quamvis nimis sit manifestum, non
prorogari locationem nisi pro tem-
pore designato, ad id enim solum
ad fuit legitimus consensus contrahentium:
quare, eo finito, debet res reverti ad Domi-
num modo dicto; tamen non parva dubita-
tiones huc pertinentes endenda: omnino
sunt, quas ad tria capita redico. Primo, ad ip-
pos contrahentes. Secundo, ad successores Loca-
toris, vel Conductoris. Tertio, ad euentum
tem locatam.

§. I.

Contrahentes.

1. Inquires Primo. An, finito tempore lo-
cationis, Conducto debeat pro aequali
precio praeferriri cuiuslibet alteri novo Condu-
ctori?

A. Penul. Respondeo. Quamvis alicubi aliquae per-
sonae ex privilegio id habeant, & alicubi for-
Locat pr-
tasse sint propriæ leges id disponentes, eodem
discivil. que privilegio gaudeat quilibet Conducto-
lib. 11. prædicti communis, vel Fisci, ut in Jure de-
b. L. Ne cito cernitur; tamen universaliter ex jure commu-
C. de loca- ni nequaquam Conducto praeferriri debet. Ita
to. Ita etiæ ibidem in fine legis, & alibi. b

Gomez. 2. Inquires Secundo. Si Conducto, imple-
Mol. Fil-
to tempore, remansit in conductione, sciente,
lissc. ap. & consentiente Domino Locatore, seu eo, ad-
Bonac. d. quem pertinet rei locatae administratio, cen-
de contr. feretur ne prorogata conductio?

q. 7. ult. n. Respondeo. Textus c. hanc questionem
1. resolvit, distinguendo: si remansit in præ-
c. L. Item dio rustico sive hominis privati, sive etiam
quo tit. s. Ecclesiæ, vel Republicæ, prorogari solum in
Qui im- annum, quamvis prima locatio fuerit ad an-
plete. nos plures, idque sub eodem pretio; & cum
L. Sequens iisdem hypothecis, & pignoribus, non vero
f. locati. cum eodem fidejussore, nisi hic iterum fideju-

jubeat. At vero, si remansit in prædio Urbano, videlicet, in domo (nota hanc sic vocata: pud Jurisperitos) censeti Locationem pro-
gatam, prout alteruter ex contrahentibus ve-
lit à Conductione recedere.

3. Excipe in utroque casu, nisi Dominus
objiceret, vel in amentiam incidisset, nam tunc
cum nullus consensus, ne presumptus quidem
haberi ab eo possit; non adesset illa conditio
modo dicta (sciente, & paciente Locatore). Ita
Molina, & aliique.

4. Si prædium rusticum non ferat fructum; 498. a.
nisi singulis bienniis in calu, de quo loqui Bonac. l.
mur, pro biennio prorogatur locatio, ut notat Bartolus. e. Quod si, contra dictum prædium Bartol.
ferat fructum bis in anno, per annum inelli- ap. Mol.
getus prorogatio, immo per annum intellige. c. ny. 11.
tur etiam in prædio Urbano, videlicet Domo,
quando Domus non habet usum uniformem
in stoto anno, vel non solent adesse toto anni f. Ita
tempore Conductores, ut sunt Tabernæ, ad eundem
Nundinas, & similes.

5. Inquires Tertio. Cum sit g. certum, per se g. Layos.
loquendo, non posse Dominum Locatorem l. 3. tr. 4.
expellere a domo, vel prædio Conducto- 22. n. 9. g.
rem; an nihilominus sint casus, in quibus comm.
expellere Conductorem ante tempus pos-
sit?

6. Respondeo, esse quatuor. h. Primò, si pē- h. Qua-
tionem debitam non solvat per biennium, percorrā
ne in promptu offerat pensiones nō solutas. Azor. 1.
Ita tamen expulsus, nō debebit pensiones post l. 3. 2. 3.
expulsionem, quia harum parentiam ipsi Lo- qu. 1.
cato i. voluntariam esse præsumitur, ut notat
Lessius. i. Secundò, si causa gravis superve- i. Liss. 1.
niat, quia domus v. gr. necessaria sit Locatorem c. 2. 4. m. 1.
ad proprium usum, eaque causa prævisa non
fuerit, quando initio facta fuit locatio, sed
tunc Conducto expulsus, cum in nulla sit
culpa multo magis non debet, nisi penso-
nes pro tempore, quo rem conductam tenuit.
Lege Molinam, k. qui multa assert hujus ne- k. Mol.
cessitatis exempla, ex quibus colliges gra- 499.
dum necessitatis, ob quam juste Conducto-
rem expellere potes. Et quidem si, cum aliam
non habeas, corrut domus, in qua tu habi-
tas, vel in illam Hostes irruant, si uxorem
ducas, vel dignitatem assequaris, vel filium
collokes Matrimonio, unde egeas majori
domo, sufficiences necessitates sunt ad ex-
pellendum Conductorem, si ea non fuerint
initio prævisa. Idem Molina loc. cit. docet
concedi